

անխախտելի վեճին վրայ դրաւ Աբրահամ Արծիւեան եւ ատով ապահովեց առ յաւէտ անոր կենսունակութիւնն ու տեւականութիւնը դարուց ի դարս:

Մխիթար Աբրահայր եւ Աբրահամ Արծիւեան կը վերապրին իրենց կենդանի կոթողներուն մէջ: Հոն սերունդներ իրարու կը յաջորդեն եւ անոնց յաւատեւ նուաճումները՝ փառքի նորանոր դափնիներ կը հիւսեն անոնց վսեմ ճակատներուն: Լուսանորդը՝ կրօնքի եւ գիտութեան անմար ջահը ձեռքին՝ կը շարունակէ լուսաւորել հայուն միտքն ու սիրտը: Աբրահամ Արծիւեան՝ ճոխութեամբը առաքելական իշխանութեան եւ ուղղափառութեամբը իր կաթողիկէ հաւատքին կը կանգնի հայ հին ու նոր դարերու միջեւ իբրեւ լուսաւոր կամուրջ մը, որ կը միացնէ պարթեւ եւ պահլաւ մեծանուն հայրապետները՝ Մեծի Տանն Կիլիկիոյ Հայ Կաթողիկէ Վերանորոգ Պատրիարքութեան:

Անոնց կեանքն ու գործը կը կոթողանան դարերու հոլովոյթին իբրեւ յաւատեւ ներշնչարաններ դադափարական ապրումներու եւ ճշմարտին ու բարիին աստուածային առաքելութեան: Անոնց վաստակը հաւատքի եւ սիրոյ յարատեւ ճգնութեան եւ դիւցադնական զոհաբերումի՝ կ'ուռճանայ ու կը ծաւալի շնորհիւ հաւատարիմ ու քաջարի աւանդապահներու, որոնք լոյս ու սէր կը սփռեն ամէնուրեք, եւ կը բարձրացնեն յաւէտ վարկը Հայութեան:

ՄԵՍՐՈՊ Վ. ԹԵՐԶԵԱՆ

INVESTIGATIONES

AD VITAM SERVI DEI MECHITAR SPECTANTES

Humaniter invitatus, ut simul cum aliis viris eruditis aliquem commentarium occasione secundi centenarii a morte fundatoris Congregationis Mechitaristarum transacti componerem, eo libentius hoc facturum me esse promisi, quod mihi ex studiis historicis antea factis de vicariatu apostolico Constantinopolitano, de archiepiscopatu Smyrnarum, de episcopatibus Graeciae necnon ex relationibus personalibus cum Mechitaristis Venetiarum et Vindobonae amor erga servum Dei Mechitar eiusque opus in corde creverit. Pro mea parte hic usus aliquibus documentis ineditis et consideratis libris¹ typis impressis aliqua in medium afferam, quae commorationem Mechitar Modone et Venetiis respiciunt.

I

MODONE

Modone in Morea servus Dei per duodecim annos vixit, 1703-1715, temporibus dominationis Venetorum, quorum munificentia generosa iam hic fruebatur. Modone monasterium exstruxit sat amplum, cuius fundamentum martio anni 1706 positum erat. Modone obtinuit anno 1711 approbationem Congregationis suae, non tamen secundum «regulam»² S. Antonii usquehuc a Mechitar eiusque sociis observatam, sed secundum regulas S. Basilii vel S. Augustini vel S. Benedicti, ex quibus libere unam seligere poterant. Mechitaristae regulam S. Benedicti tunc amplexi sunt. De hac re ipse Mechitar die 18 novembris 1711 cardinales Congregationis de Propaganda Fide certiores fecit³.

¹ Cf. M. NURIKHAN, *Il Servo di Dio abate Mechitar*, Roma-Venezia 1914; G. THOROSSIAN, *Vita Mechitar* (in lingua armenica), Venetiis 1901; *Schiarimenti e documenti* (collectio anonyma documentorum, sine indicatione loci et anni); R. JANIN, *Mékhitaristes*, in DTC, X, 497-502; V. INGLISIAN, *Mechit(h)aristen*, in BUCHBERGER, *Lexikon für Theologie und Kirche*, VII, 34-35; M. A. VAN DEN OUDENRIJN, O. P., *Eine armenische Insel im Abendland*, Venedig 1940. F. MOURET, *Histoire de l'Eglise*, VI, Paris 1940, 540-541.

² Sub regula dicta S. Antonii abbatis non intelligimus constitutiones, quae a S. Antonio redactae sint, sed summarium, cuius capita principalia sunt vota paupertatis, castitatis, obedientiae et iuramentum praedicandi fidem catholicam (quartum votum).

³ Cf. epistolam editam apud NURIKHAN, 144.

**Informatio Archiepiscopi Corinthi Angeli Mariæ Carlini O. P.
die 20 decembris 1706**

Iam anno 1705 Petrus Mechitar abbas monachorum S. Antonii Modone com-morantium a S. Sede petiit⁴, ut ei concederentur ea privilegia, quae abbates armeni ab eorum patriarcha accipere solent et ea, quibus abbates ordinum latino-rum fruuntur. Insuper impetrare studuit, ut in casu augmenti monasteriorum ipse eiusque successores tamquam abbates generales sive archimandritae agnoscerentur; sed spontaneae condicionem posuit pro usu horum privilegiorum professionem fidei catholicae prius emittendam. Hanc epistolam Romam misit per duos discipulos suos monachos Eliam et Ioannem, qui etiam «regulas» S. Antonii approbandas et epistolas commendatitias auctoritatum ecclesiasticarum et civilium Summo Pontifici Clementi XI offerre debuerunt; hi mense septembri 1705 Roman adven-runt, et mox apud Sacripante cardinalem praefectum et apud Summum Pontificem audientiam habuerunt. Sed eorum causa principalis cum auctoritate ecclesiastica tractanda, scilicet approbatio Congregationis Mechitaristarum, sicut moris est, prius examini longiori subiicienda erat; quae adhuc aliam moram patiebatur ex eo, quod prius aliquae accusationes ex Oriente contra Mechitar et aliquos missionarios Me-chitaristas motae erant refellendae. Sed tandem, sicut iam supradixi, Mechitar anno 1711 aliquod responsum Congregationi suae faventem accepit. Huic successui certe informatio Angeli Mariae Carlini archiepiscopi Corinthi Ordinis Fratrum Praedi-catorum de Mechitaristis, ei a Congregatione de Propaganda Fide exhibenda com-missa, viam expeditam parabat. Hic praesul relationem⁵ suam sat extensam fulcire poterat experientia personali, quam per tres annos de Mechitar habuit, inspectis etiam documentis archivi, et adiutus visitatione ecclesiastica a vicario suo foraneo Messeniae in domu religiosa Mechitaristarum peracta et testimoniis aliorum mis-sionarium catholicorum Orientis; eam finivit die 20 decembris 1706. Haec in-formatio est maximi momenti pro initiis congregationis Mechitaristarum cogno-scendis et pro characterе ipsius fundatoris diudicando. Ex hoc memoriali aliqua excerpta hic edam. Signis [] includo litteras a me suppletas. Abbreviationes re-solvam, signis additis ().

⁴ Archivum de Propaganda Fide (= A. Pr.), *Scritture riferite*, vol. 554, 211r-211v; cf. in-fra editionem, pag. 4-5. Vide etiam G. HOFMANN S. I., *La Chiesa Cattolica e la Grecia*, in *Orientalia Christiana Periodica*, II (1936) 176.

⁵ A. Pr., *Scritture riferite*, vol. 562, 508r-515r. Explicite citat testimonia Antonii Beau-vollier S. I., Ioannis Verzeau S. I., Iosephi Engeviacensis O. F. Min. Cap., Ferdinandi a S. Liduina O. Carm. Disc. (Alepi, die 30 maii 1695; cf. editionem apud NURIKHAN, 70-71); Cor-nelii Leau S. I. (Erzerumi, die 24 augusti 1699; cf. editionem apud NURIKHAN, 96); Cherubini ab Ascensione O. Carm. Disc., Iosephi Mariae de Perusio O. F. Min. Cap., Gulielmi Weber S. I., Gulielmi Mayr S. I. (Erzerumi, die 9 martii 1700; cf. editionem apud NURIKHAN, 97); Danielis Duranti archiepiscopi Scopiae et administratoris Smyrnensis (Smyrnae, die 20 oc-tobris 1702; cf. editionem apud NURIKHAN, 118-119).

a) *Catalogus 21 monachorum*, cui adhuc ipse abbas Mechitar adnumerari debet. (508v-509r) Elia martire sacerdote — Giovanni sacerdote qual attualmente si trova in Roma — Giorgio sacerdote, Emmanuel sacerdote, ambi destinati alle missioni in Constantinopoli — Lazzaro sacerdote — Tomaso sacerdote — Paolo sacerdote — Pietro sacerdote — Giovanni diacono — Gabriel suddiacono — Michiel sud-diacono — Giacomo suddiacono — Gregorio suddiacono — Giuseppe suddiacono — Filippo chierico professo — Stefano chierico non professo — Marco laico pro-fesso — Serapione laico professo, Battista laico professo quali attualmente sono nelle missioni con i sopradetti due monaci Giorgio et Emmanuele — Matteo laico, Luca laico, ambi due novizi.

b) *Fabrica monasterii*. (508v) Ch' il monastero sia fondato cioè che sia consummata la fabrica d'un dor-mitorio numeroso di 18 camere; come questo è oggetto sensibile, così francamente posso assicurare l'Eminenze Vostre della verità come pure che vadino disponendo li materiali per la sua maggior estensione, fabrica dell'officine necessarie ed ere-zione della chiesa il che tutto facendosi a proprie loro spese, può dirsi con giu-stizia che ne siano li fondatori.

c) *Donatio fundi* pro fabrica monasterii, ex parte Reipublicae Venetae. (509r) Che dalla Serenissima Republica di Venezia sia stato loro concesso sito per la fabrica del monastero, ancor questo è certo, avendo io raccolto da publici re-gistri di quest'archivio che per la fabrica del monastero e chiesa gl' è stato gra-tuitamente concesso dalla Republica Serenissima un sito nella città di Modon lungo 25 passi et largo 18.

d) *Donatio possessionum*, ex parte Reipublicae Venetae. (509r) Che per loro sostentamento abbino ottenuto dalla Publica Munificenza nella villa di Galason in Arcadia un'affittanza — così chiama il Prencipe le possessioni in questi paesi — ascendente a reali 515 d'annua rendita, e nella villa di Mauro-mati, territorio di Nixi, altr'affittanza di terreni per l'importare di reali 345 annui col debito di corrispondere per questa seconda porzione al Prencipe reali 80 di livello annuo; ancor questo si legge ne' registri sopranominati.

e) *Vita monastica*. (513r-514r) Mi resta in ultimo luogo per intiera consumazione della mia dipen-denza il debito d'informare l'Eminenze Vostre sopra due altri punti che dall'E.mo Signor Cardinale Prefetto mi vengono nel suo benignissimo foglio indicati cioè qual sia la qualità e quale l'istituto di questi monaci.

Per verità nel loro viver è frugale la mensa, modesto il vestire, il ritiro con-tinuo, la divozione assai esemplare, ed i costumi tutti moderatezza, nè mai a tempo ho sentito di loro alcun minuto richiamo, anzi le voci universali gl'hanno sempre publicati per religiosi di pietà e d'integrità. Non s'impiegano in alcun es-sercizio meccanico come usano li greci che mettono le mani sin' agl' aratri, ma si contengono in una riserva civile e consentanea a persone ecclesiastiche. Atten-dono anco alla coltura dell'intelletto, avendo introdotto l'abbate d'erudirli quoti-dianamente con lezioni di grammatica, retorica, filosofia e teologia alle quali

v'intervengono, eccettuati li conversi, tutti li monaci rispettivamente, avendo anch'egli appresa mediocramente la lingua latina quale trasfonde negl'altri per rendergli in tal forma capaci d'applicarsi allo studio di libri latini, nè loro per l'esortazioni del suddetto abbate sono meno infervorati nell'apprendere.

Il suo istituto poi qual fosse anticamente nemmeno loro lo sanno perchè soverita dall'eresie e dal scisma l'Armenia, s'è perduta con la fede anco la memoria dell'antichità monastiche. Al presente loro non hanno nè costituzioni⁶, come i nostri regolari latini, ma la semplice sostanza della religione che sono li tre voti solenni a quali v'aggiungono il quarto di dover predicar a popoli la fede cattolica romana tutti con uniformità in eodem sensu et in eadem sententia quando dall'abbate supremo o archimandrita gli sarà comandato. A questi voti v'aggiungono di più alcune loro costumanze quali se bene non hanno la formalità di leggi, hanno però l'effetto della legge perchè sono da ogn'uno di loro indifferentemente osservate, ed io riferirò all'Eminenze Vostre le più essenziali che ho potuto raccogliere.

Vestono di color nero; la materia è di scoto, la forma dell'abito è una veste talare alla moda degl'orientali, cinta di cuoio nero, e questa la cuoprono con un mantel[1]one pure di scoto nero lungo a terra, chiamato da loro con vocabulo noto a latini cucculla, dalla parte posteriore del quale vi pende un capuccio semplice di quella figura ch'usano gl'eremiti camaldolensi. A semplici novizi però non si concede questo mantellone o cucculla se non al tempo che professano. Usano la camisia di tela a riserva del venerdì e sabbato che la mutano in altra di lana,

S'astengono dalle carni oltre il venerdì e sabbato anco il mercoledì. Digiunono li nuove giorni precedenti al Natale del Signore e li sette giorni avanti l'Ascensione della B(eata) Vergine nè possono in alcun tempo essere commensali de secolari senz'espressa licenza dell'abbate o superiore.

Praticano ancora loro lezione continua di libri spirituali nel rifettorio.

Ogn'uno ha la sua camera particolare, e gl'è proibito ritenere nella medema(!) appresso di se denari o suppellettili o alcun mobile oltre quello che la religione ad ogn'uno ugualmente concede.

Gl'è interdetto ancora il farsi procuratori in materie secolari, l'intraprendere litigij, l'essere testimoni in tribunali senza permissione del superiore, l'assistere come padrini a sacramenti del battesimo e della cresima, il costituirsi fratelli giurati, ma singolarmente con donne, la familiarità delle quali rigorosamente proscrivono, come pur il spedir o ricevere lettere prima che dal superiore siano lette, senza il di cui assenso non escono di monastero.

Recitano l'ufficio divino con tale distribuzione che quando spunta l'aurora, si sodisfa al Matutino, Laudi e Prima; avanti il pranzo a Terza, Sesta e Nona. Doppo il pranzo poi verso sera al Vespero et alla Compieta. Orano mentalmente

⁶ Cf. tamen textum «Constitutionum», quem monachi armeni Modonis Congregationi de Propaganda Fide approbandum exhibent, in A. Pr., *Scritture riferite*, vol. 576, 122r-189v.

due volte il giorno, cioè, per mez'ora la mattina e per un quarto doppo il pranzo, ma ogn'uno nella sua camera.

Nella notte concedono sett'ore al riposo ed il resto del tempo è obbligato allo studio. Per il giorno poi hanno due ore doppo il pranzo et una doppo una per discorrer et attender a loro bisognevoli.

Tutti dentro all'anno costumano un certo ritiro d'otto giorni a forma d'esercizi spirituali, et ogni domenica li sacerdoti hanno debito l'applicare i Sacrifici, e li chierici con li laici la recita d'una corona per gl'incrementi spirituali della religione.

A questi chierici e laici si prescrive la confessione e comunione sacramentale in tutte le domeniche e festività principali, ma non mai in due giorni immediatamente successivi. Usano ogni quindici giorni di congregarsi ad udir un discorso divoto quale si fa da alcuno di loro eletto ad arbitrio del superiore, nè questo congresso possono mai ritardarlo doppo il tempo prefisso, ma bensi per il piu lo prevengono.

Non amettono all'abito i giovani se non doppo l'anno sestodecimo, nè alla professione alcun novizio se non doppo un anno e mezzo di probazione.

f) *Fides catholica.*

(511r) Che loro poi non abbino alcuna comunicazione col patriarca armeno scismatico nè con altri capi del scisma, loro lo asseriscono e lo giurano, ed in quatr'anni che vivono in questi paesi, realmente mai s'è penetrato o udito il contrario. Dicono di voler riconoscere la Chiesa cattolica romana, il Sommo Pontefice per vicario di Cristo, e vivere a lui perpetuamente uniti e soggetti, anzi con speciale professione di fede, con singolar giuramento, con gravità di pene vogliono contestar esteriormente questo loro interno; il loro abbate Michedar è assistito dalle testimonianze allegate di sopra.

g) *Iudicium de Mechitar abbate.*

(509r-509v) Ch'abbino eletto per loro abbate il P. Michedar, ancor questo costa per le deposizioni giuridiche e giurate di tutti li monaci essistenti nel monastero ricevute del sudetto mio vicario foraneo di Messina; anzi di piu attestano ch'il medemo(!) da otto anni incirca sia stato loro abbate anco in Armenia.

Che questo sia persona prudente e divota, per quanto ad occhio umano è visibile e per quanto nel corso di tre anni ch'io presiedo a questa diocese, ho potuto penetrare dall'esteriori sue azioni e sentire dall'universale; egli non è punto diverso da quello viene delineato, essendo uomo di maturità, di lodevole composizione, d'animo quieto, di maniere soavi e di mente molto pia. Ma quel che più rilieva, ottimo e vero cattolico, avendo anco da più anni predicato nell'Oriente pubblicamente a suoi armeni la fede cattolica romana col dispendio di molti travagli e persecuzioni degli armeni.

Epistolae Petri Mechitaris abbatis ex Modone Romam scriptae

Non praetendo seriem completam epistolarum exhibere, quas Petrus Mechitar auctoritati ecclesiasticae Romam scripsit; solum brevi regesto indicare volo, aliquando cum editione fragmentorum ineditorum, quas epistolas viderim, ut scriptori biographiae servi Dei Mechitar adiumento sim. Epistolae de approbatione Congregationis Mechitaristarum, quae prius nomen *monachorum S. Antonii abbatis* tulit, versantur, et facile aliis documentis aliorum sive eius discipulorum⁷ sive amicorum sive auctoritatis ecclesiasticae inprimis Congregationis de Propaganda Fide suppleri possunt.

a) *Petrus Mechitar privilegia a S. Sede petit.*

A. Pr., Scritture riferite, vol. 554, 211r-211v.

Modone, anno 1705.

Tempus documento non est adiunctum neque locus. Sed sine dubio vel Modone anno 1705 exaratum est vel Romae a duobus procuratoribus Elia et Ioanne monachis, qui mense septembris anni 1705 Roman advenerunt. Certe in Congregatione de Propaganda Fide die 15 martii 1706 relatum est.

«Michdar... supplica Santità Vostra che si degni concedergli i privilegij e prerogative che godono gli altri abbati armeni dell'ordine di S. Antonio abate, comunicati loro dal patriarca scismatico e quelli che godono gli abbati generali degli ordini monastici d'Italia; e che, propagandosi come spera nella misericordia divina questa nuova riforma dell'ordine di S. Antonio, li nuovi monasteri riconoschino il predetto abate Michdar e suoi successori legittamente eletti archimandrita e capo abate degli altri abbati delli nuovi monasterij annessi alla nuova Congregazione riformata dell'ordine di S. Antonio abate acciochè meglio si confessi l'unione e la comunicazione della suddetta congregazione con la S. Sede. Perciò il sudetto abate Mikhdar(!) domanda che delle grazie e privilegij

⁷ Petitionem Eliae et Ioannis, a P. Petro Mechitar Romam pro privilegiis Congregationi impetrandis, edere iuvat:

«Beatissimo Padre. Elia e Giovanni sacerdoti armeni sono venuti a Roma da parte del nuovo monasterio fondato in Modon nella Morea, dove essendovi ricoverati con altri venti religiosi dell'ordine di S. Antonio abate, e concesso dalla Serenissima Repubblica sito da fabricare, e terreno da poter vivere, s'hanno eletto per abate loro uno di essi chiamato Mechitar, persona prudente e divota; nelle mani sue hanno fatta la professione solenne, aggiungendo alli voti della povertà, castità et ubbidienza, giuramento di mantenere e propagare l'unione e l'obedienza alla santa et apostolica romana Chiesa. Che pero umilmente chiedono dalla Santità Vostra la santa benedizione e l'approvazione della sudetta nuova riformata Congregazione dell'ordine di S. Antonio abate, e la partecipazione di tutte le indulgenze e grazie spirituali quali godono li monaci e religiosi italiani. Quam Deus etc.» A. Pr., *Scritture riferite*, vol. 562, 212r. Documentum die 15 martii 1706 in Congregatione de Propaganda Fide relatum est.

da concedersegli dalla S. Sede non possa godere nè esso nè li suoi successori prima che non facciano la professione della fede secondo le formole prescritte dalla S. Chiesa Romana agli armeni e non prestino il giuramento di vivere e morire nell'unione e comunicazione del Sommo Pontefice Romano e della S. Chiesa Romana in mano di Monsignor Arcivescovo di Napoli⁸ di Romania primate della Morea o d'altro che la S. Sede determinerà, e la medesima professione della fede, e il medesimo giuramento gl'altri abbati delli nuovi monasterij da fondarsi col tempo siano obbligati di fare in mano del sudetto archimandrita e suoi successori; altrimenti non possano avere giurisdizione alcuna nè servirsi delle grazie e privilegij concessi dalla S. Sede di Roma, e che li nuovi monasterij da fondarsi non habbiano da havere abate, ma priore amovibile per triennium vel ad nutum abbatis di S. Antonio di Modon».

b) *Petrus Mechitar approbationem Congregationis suae a Congregatione de Propaganda Fide petit.*

A. Pr., Scritture riferite, vol. 562, 502r-502v.

Modone, die 12 Ianuarii 1706.

Haec epistola fuit deperdita, et ideo die 12 februarii 1707 repetita.

«E' dovere dunque che dimandi due cose dalle medeme (dalla medema Ms.) Vostre Eminenze cioè la benedictione dell'acrescimento, ed i privilegij conceduti alli abbati orientali... Nella Morea e nella città di Modone l'anno di Cristo 1706 gennaio 12. La coppia di questa l'anno passato habbiamo mandato alle Vostre Eminenze, ma sentissimo poi che non l'arivò(!), e per questo di nuovo l'habbiamo scritto l'anno di Cristo 1707, febraro 12... Michitar di Pietro armeno sacerdote dell'ordine di S. Antonio».

Sequitur textus armenus cum versione italica epistolae monachorum armenorum Modonis ad Cardinalem Sacripante cum petitione simili ac supra (503r-505r).

c) *Petrus Mechitar Cardinales de Propaganda Fide certiores facit se suosque iuxta instructiones eorundem selegisse regulam S. Benedicti et fecisse professionem fidei catholicae in manus archiepiscopi Corinthi.*

Modone, die 18 novembris 1711

Edita epistola in libro *Schiarimenti e documenti*, 10-11, et apud NURIKHAN, 144.

d) *Petrus Mechitar cardinalem Sacripante certiozem fecit de reditu Eliae missionarii mechitaristae ex Constantinopoli Modonem et de professione fidei catholicae etiam ab ipso Modone facta.*

Modone, die 22 martii 1713.

A. Pr., *Scritture riferite*, vol. 588, 541r-541v.

«partecipandole il ritorno del predetto padre Elia martire da Costantinopoli

⁸ id est archiepiscopus latinus Corinthi, qui Naupliae (in Peloponneso) residebat.

al convento e d'haver ancor lui fatta subito la professione della fede, e che tutti attualmente si ritrovano qui al convento, vivendo unanimi in pace e carità, osservando con somma soddisfazione le regole trasmesseci dalla S. Congregazione».

II

VENETIIS

Propter bellum inter Venetos et Turcas exortum Petrus Mechitar cum suis Modonem relinquere debuit, immo, cum haec civitas cum tota Peloponneso Venetis a Turcis eriperetur, non amplius eodem redire potuit. Sed Providentia divina disposuit, ut monasterio Modonis perduto novum centrum monasticum catholicum ritus armeni Venetiis exurgeret, anno 1717 die 26 augusti ex decreto munifico Senatus Venetorum, qui Petro Mechitar eiusque communitati in habitationem perpetuam insulam S. Lazari concessit. Die 8 septembris anni 1717 Petrus Mechitar cum suis hanc insulam ingressus est.

In paginis sequentibus epistolas Petri Mechitar Venetiis Romam scriptas⁹, in quantum mihi notae sunt, brevi regesto comprehensas exhibebo et aliquando addita editione locorum principalium harum epistolarum. Hae spectant ad initia commorationis Mechitaristarum Venetiis, ante eorum ingressum in insulam S. Lazari et ad primos annos monasterii armeni ibidem, ad actionem missionariorum Mechitaristarum, quos Petrus Mechitar iuxta mandatum Congregationis de Propaganda Fide selegit et aliquando a campo missionis revocavit, ad cognoscendas relationes Petri Mechitar cum patriarcha Venetiarum, cum amicis armenis, et maxime cum Congregatione de Propaganda Fide, erga quam obedientissimum se gessit et a

⁹ De epistola longa apologetica Petri Mechitar, die 22 februarii 1721 Congregationi de Propaganda scripta cf. editionem in libro *Schiarimenti e documenti*, 106-113, et extractum huius epistolae apud NURIKHAN, 286-292; epistola apologetica Cacciatur pro P. Mechitar, die 21 februarii 1717 Venetiis scripta habetur in A. Pr., Armeni, vol. 6, 614r-653r. Epistola Petri Mechitar ad Congregationem de Propaganda Fide, Venetiis die 22 februarii scripta, edita est in libro *Schiarimenti e documenti*, 106-113.

Pro defensione congregationis Petri Mechitar melius conoscienda est utile, videre duo memorabilia typis impressa Romae anno 1718:

1. *Ricorso* fatto nell'anno MDCCXVIII agli E.mi e R.mi Principi i Signori Cardinali della S. Congregazione de Propaganda Fide dai monaci armeni di S. Antonio abate fondati in Modone e residenti in Venezia. In Roma MDCCXVIII (unum exemplar habetur in A. Pr., *Scritture riferite*, vol. 615, 374r-388v).

2. *Sommario degli attestati* presentati nell'anno MDCCXVIII agli E.mi e R.mi Principi i Signori Cardinali della S. Congregazione de Propaganda Fide dai monaci armeni di S. Antonio abate fondati in Modone e residenti in Venezia. In Roma MDCCXVIII (unum exemplar habetur in A. Pr., *Scritture riferite*, vol. 615, 389r-408v).

qua non pauca signa fiduciae accepit. Epistolis Petri Mechitar aliqua iudicia testium ocularium de eius characterere adiungam.

a) *Patriarcha Venetiarum in epistola ad Cardinalem Praefectum Congregationis de Propaganda Fide scripta benevolentiam erga Petrum Mechitar eiusque monachos ostendit.*

A. Pr., Armeni, vol. 6, 558r.

Venetiis, die 13 iulii 1715.

Em.mo e R(ev)mo Sign. Padron Col.mo.

Al Padre abbate e monaci armeni cattolici di Modon che godono la protezione riveritissima di V(ostra) E(minenza) io sin da principio che sono venuti in Venetia, ho esibito(!) l'opera mia in tutto ciò può essere di loro vantaggio.

Al presente che mi honorano de comandi supremi delle(!) Eminenze Vostre, io gli ho rinnovato il mio ardentissimo desiderio di cooperare a pro de loro giusti desiderij, si per renderla ubbidita e servita come pure per il piacere che haverei di vederli stabiliti in questa Dominante. Come spero certamente vederli una volta consolati, così dubito non sarà sì presto deliberato sopra quest'affare per il quale a tempo proprio m'anderò insinuando e che già ho hauto(!) quasi certezza gli possa essere assegnato un qualche ricovero in una di queste isole vicine, ma sin ora non quello si vorrebbe per haverli più vicini e in luogo decoroso. Assicuro V(ostra) E(minenza) che impiegherò con il maggior fervore tutto me stesso in quest'affare, ed alle Eminenze Vostre profondamente inchinato fo umilissima riverenza. Di V(ostra) E(minenza) umilissimo devotissimo obligatissimo servitore

Venetia 13 luglio 1715.

Pietro Patriarca di Venetia.

b) *Petrus Mechitar Cardinalem praefectum Congregationis de Propaganda Fide de statu praesenti Mechitaristarum certiore facit.*

A. Pr., Scritture riferite, vol. 603, 77r-77v.

Venetiis, die 14 decembris 1715.

«Ex meis, quos in Oriente reliqui, unus clericus illic mortuus est. Aliqui evaserunt ex periculo, ex quibus duo sacerdotes venerunt huc ad me. Reliquos, qui evaserunt a periculo captivitatis, expectamus. Tandem Methone in monasterio nostro remanserunt quatuor religiosi, duo sacerdotes et duo laici, ad gubernamen monasterii et ad ministerium ecclesiae. Capta civitate unus sacerdos et unus laicus occisus est, alter autem sacerdos et alter laicus in captivitatem ductus, quorum liberationi magnopere attendimus et studemus.

Nos hic adhuc prope ecclesiam S. Martini vitam ducimus, sustentantes nosmetipsos per solas elemosinas, quae nobis tribuuntur pro celebratione Missarum. Corroborati spe, ad quam adduxerunt nos aliqui amici nobiles, iam incipimus studere, ut hic a Serenissimo Principe obtinere valeamus aliquem locum».

c) *Petrus Mechitar Cardinali praelecto Congregationis de Propaganda Fide gratulationes occasione proximi festi Nativitatis Domini exprimit.*

A. Pr., Armeni, vol. 6, 582r.

Venetiis, die 20 decembris 1715

Haec epistola fuit redacta et etiam scripta ab amico Petri Mechitar, sacerdote armeno Cacciatur Arachiel, exceptis vocabulis subscriptionis: *Mechitarus abbas armenorum religionis sancti Antoni(!) abbatis.*

d) *Epistola Petri Mechitar ad Cardinalem Praefectum de Propaganda fide, die 8 februari 1716.*

Nondum Petrus Mechitar pro communitate sua insulam S. Lazari acceperat¹⁰, sed etiam tunc Congregatio de Propaganda Fide et Patriarcha Venetiarum latinus benevolentiam paternam erga Mechitaristas «exules in Occidente» demonstrabant. Huius facti est praeclarum testimonium haec epistola¹¹:

E.me et R(ev)me domine.

Litterae sacrae Congregationis ad me missae et aliae ad illustrissimum et rev.mum d(ominum) Barbadicum patriarcham Venetiarum directae, quibus sacra Congregatio inexplicabili benefico affectu me meosque monachos dignata est ei commendare, maximam consolationem mihi meisque monachis attulerunt, et nos novis nodis convinxerunt et obligaverunt. Litteras ad eum directas confestim tradidimus ipsi; eas maxima affabilitate recepit et ostendit evidentissima signa benefici animi sui erga nos.

Acceptis itaque tantis favorabilibus litteris, maximas gratias agimus et sacrae Congregationi (Congregationis Ms.) et Eminentiae Vestrae diligentissimae et maxime providae protectrici nostri. Et nitimur maximis respondere et consonare beneficiis litteris vestris, permanenter et perseveranter subsistentes in subiectione, quam habemus ad sacram Congregationem et ad E.am Vestram specialissimam patronam et protectricem nostram; iam cum omni debita submissione osculans sacras purpuras vestras committensque me et omnes monachos meos ac totam meam religionem potentissimo patrocinio vestro maneo

Venetiis 8 februarii 1716

E.mae et R(ev)mae dominationis
Vestrae
obligatissimus semperque devinctissimus servus

Mechitarus abbas monachorum armenorum¹² religioni <s> <Sa>ncti Antoni(!) abbatis.

¹⁰ Cf. textum decreti Senatus Venetorum die 26 augusti 1717, apud NURIKHAN, 225. Insula monachis a Senatu locata, anno 1833 est facta emptione proprietatis congregationis Mechitaristarum.

¹¹ A. Pr., Armeni, vol. 6, 590r.

¹² Litterae inclusae signis < > ex eo desunt, quod carta lacerata est.

e) *Iudicium patriarchae Venetiarum de Petro Mechitar.*

A. Pr., Armeni, vol. 6, 630r-630v.

Venetiis die 26 decembris 1716.

«In ubbidienza de venerati commandi di V. E. ho fatto chiamar questo Padre Michitar armeno... Mostrò il Padre sudetto tutta la piu pronta rassegnatione, accennando solo esser calunnie addossategli da poco ben affetti alla sua religione... egli non può essere più composto nè di maggior edificazione, celebrando la S. Messa con divotione la più desiderabile, frequenti nelle chiese e spetialmente nella loro parrocchiale di S. Martino... la Pietà Publica gl'ha accordato l'isola di S. Lazaro».

f) *Iudicium Cacciatur Arachielis sacerdotis armeni de Petro Mechitar.*

A. Pr., Armeni, vol. 6, 614r-653r.

Venetiis, die 27 febr. 1717.

Cacciatur, quondam alumnus collegii de Propaganda Fide, natus anno 1666 in civitate Erzerum, mortuus Venetiis die 30 aprilis 1740. Fuit missionarius in Oriente et postea parochus armenorum Venetiis. Cf. de eo NURIKHAN, 216-218. Fuit etiam scriptor. «Michitarum abbatem eximium, meum fratrem, quem super omnes meos spirituales filios unicum spirituali generatione genui, qui est solatium meum, laetitia mea, gaudium meum et haeres meus... iam fere viginti anni sunt, ex quo cognosco istum abbatem et principales doctores et monachos eius».

g) *Petrus Mechitar Cardinalem praelectum Congregationis de Propaganda Fide certiore facit Georgium Mechitaristam missionarium ex Constantinopoli ad monasterium armenum Venetiarum advenisse, et mittit copiam testimonii Iacobi Cachod S. I. missionarii Constantinopolitani de Georgio.*

A. Pr., Armeni, vol. 6, 673r-673v.

Venetiis, die 9 septembris 1717.

«Doctor monachus meus Georgius, quem ex ordine et iussu S. Congregationis revocavi ex Constantinopoli, factus obediens iam pervenit, et est in lazareto¹³. Per eandem navim accepi unam litteram latina lingua scriptam, a quodam latino religioso et missionario nomine Iacobo e Societate Iesu, directam ad me, loquentem de meo soprannominato doctore monacho Georgio. Cum sit brevis, pono hic eam secundum omnia sua verba, quae sic se habent:

«Admodum Reverende et Ill.me D. D. abbas. patrone colendissime. Hisce comitor etc... Constantinopoli, 4 augusti 1717. Admodum Rev.dae et Ill.mae dominationis vestrae infimus et obedientissimus servus Iacobus Cachodus Societatis Iesu».

¹³ id est domu (exacte tota insula) quondam pro leprosis destinato, dedicata S. Lazaro, quae a Republica Venetiarum Mechitaristis infimo pretio locata est.

Textum huius epistolae Iacobi Cachod († 1726) habes editum, attamen sine indicatione fontis manuscripti in libro *Schiarimenti e documenti*, 39-40. Aliam epistolam Iacobi Cachod S. I. Petro Mechitar die tertio maii 1720 Constantinopoli scriptam habes editam apud Nic. NILLES N. I., *Symbolae ad illustrandam historiam Ecclesiae Orientalis in terris coronae S. Stephani*, II, Oeniponte 1885, 963 nota 2, et in libro *Schiarimenti e documenti*, 104. Tertiam epistolam Cachod S. I., die tertio nov. 1722 Constantinopoli scriptam, vide in *Schiarimenti e documenti*, 122.

h) *Petrus Mechitar Cardinalem praeffectum Congregationis de Propoganda Fide certiore facit se obtinuisse monasterium in insula S. Lazari.*

A. P., Scritture riferite, vol. 610, 315r-315v.

Venetiis, die 11 sept. 1717.

«Tandem Deo Optimo Maximo favente et vestris commendatitiis litteris ad Ill.mum et Rev.mum D. Petrum Barbadicum Venetiarum patriarcham directis efficacissime operantibus, obtinuimus a piissimo Principe quoddam monasterium situm in insula Lazari, distans a Venetiis duo vel tria milliaria, habens decem cubacula vetusta, unam ecclesiam et unum hortum, in cuius monasterii possessionem iam ingressi sumus».

i) *Petrus Mechitar Congregationem de Propaganda Fide certiore facit se promptum esse ad P. Emmanuelem monachum suum in Transilvaniam mittendum iuxta ordinem Congregationis.*

A. Pr., Armeni, vol. 9, 128r.

Venetiis, die 22 ian. 1729.

k) *Petrus Mechitar Congregationem de Propaganda Fide certiore facit se decretum Congregationis de P. Elia quondam missionario Constantinopolitano Belgradum mittendo executum esse.*

A. Pr., Armeni, vol. 9, 400r-400v.

Venetiis, die 5 iulii 1732.

l) *Petrus Mechitar animum suum aperit Congregationi de Propaganda Fide de aliqua epistola Vicarii Patriarchalis Constantinopolitani, qui P. Iacobum mechitaristam de civitate Erzerumi revocandum esse voluit.*

A. Pr., Armeni, vol. 9, 471r-471v.

Venetiis, die 8 nov. 1732.

«nelli passati mesi ricevei una lettera dall'Ill.mo Monsignor Vicario Patriarcale di Costantinopoli, scritta da esso li 10 maggio nella quale mi diceva di richiamare con ordine assolutissimo(!) da Erzerum il nostro Padre Giacomo Erzerumense qual'è missionario in quella città, ed io gli risposi che l'istesso Padre Giacomo Erzerumense hanno richiesto dalla S. Congregatione tutti li Erzerumitani,

e la S. Congregatione mi comandò di mandarlo là; onde darò ragguaglio alla S. Congregatione che si contenterà che lo richiami, subito lo richiamerò.

m) *Epistola gratulatoria Petri Mechitar ad Congregationem de Propaganda Fide occasione festi Nativitatis Domini.*

A. Pr., Armeni, vol. 9, 484r.

Venetiis, die 13 decembris 1732.

n) *Petrus Mechitar iuxta ordinem Congregationis de Propaganda Fide seligit pro missione armenorum Belgradi loco P. Eliae aegroti P. Iacobum de Pusa (Busa).*

A. Pr., Armeni, vol. 10, 25r.

Venetiis, die 2 iulii 1735.

Epistola Mechitar ad Congregationem de Propaganda Fide.

«ecco per ubbidirgli ho scelto un altro, di patria da Galata in età di anni 53 incirca, chiamato Padre Giacomo di Pusa, quale fu, anni sono 12, esaminato secondo l'ordine della S. Congregazione con gli altri suoi compagni».

o) *Petrus Mechitar Congregationem de Propaganda Fide certiore facit de desiderio armenorum Erzerumi habendi P. Iacobum ut episcopum et adiungit notitias de sacerdotibus armenis Constantinopolitanis.*

A. Pr., Armeni, vol. 10, 173r-174r.

Venetiis, die 7 septembris 1737.

«brama quel popolo d'Erzerum haver vescovo lo stesso nostro P(adre) Giacomo da Erzerum loro direttore».

p) *Petrus Mechitar ad Congregationem de Propaganda Fide de P. Michaelae missionario apostolico Belgradi scribit.*

A. Pr., Armeni, vol. 10, 244r, 250r-250v.

Venetiis, die 7 sept. et 7 decembris 1737.

P. Michael de Varthieres die 1 novembris 1737 Belgradum advenit; paulo antea, die 8 octobris, eius confrater Iacobus de Busa missionarius apostolicus mortuus fuerat.

q) *Petitiones Petri Mechitar abbatis ad Congregationem de Propaganda Fide pro subsidio missionariis mechitaristis concedendo, et attestations de subsidio accepto, cum aliis notitiis.*

Venetiis 1733-1736

a) pro P. Elia, missionario in civitate Belgrad, epistola die 11 iulii 1733; die 24 iulii 1734; die 23 ianuarii 1734; die 30 iulii 1735.

A. Pr., Armeni, vol. 9, 563r, 664r, 709r; Armeni, vol. 10, 35r.

b) pro P. Iacobo de Busa, successore P. Eliae Belgradi mortui, epistola die 30 iulii 1735, qua Congregationem de Propaganda de errore in decreto Congre-

gationis de Propaganda Fide die 20 iunii 1735 scripto (loco Iacobi de Busa erat scriptum nomen Georgii de Busa).

A. Pr., Armeni, vol. 10, 37r-38r.

c) Petrus Mechitar Congregationem de Propaganda die 3 sept. 1735 certiore facit de itinere P. Iacobi de Busa die 27 augusti 1735 ex Venetiis coepto.

A. Pr., Armeni, vol. 10, 47r.

d) Petrus Mechitar Congregationi de Propaganda Fide die 12 nov. 1735 nuntiat P. Iacobum de Busa die 8 octobris 1735 Belgradum advenisse.

A. Pr., Armeni, vol. 10, 61r.

e) pro P. Iacobo de Erzerum, missionario apostolico in civitate Peterwardein, e-pistola die 22 iulii 1741; die 31 martii 1742.

A. Pr., Armeni, vol. 11, 17r, 645r.

f) pro P. Theodoro Megyezi, missionario apostolico in civitate Peterwardein, e-pistola die 11 martii 1746.

A. Pr., Armeni, vol. 11, 514r.

r) *Petrus Mechitar Congregationi de Propaganda de adventu P. Iacobi, quondam missionarii apostolici in civitate Erzerum, in urbem Peterwardein eiusque socii, ut locum P. Theodori Megyezi depositi obtineret.*

A. Pr., Armeni, vol. 11, 663r-663v.

Venetiis, die 16 septembris 1747.

«E fu che il P. Teodoro Megyezi, inteso dalla mia lettera, esser egli deposto e che di già il nuovo missionario trovavasi in Vienna, pien d'amarrezza ricorse al giudice secolare della città ed ai giurati di tutta la comunità, e tanto fece e disse ch'indusse il giudice a scrivermi una lettera in latino nella quale esso difendendo il P. Teodoro... Io subito gli risposi che non io, ma la S. Congregazione mandava quest'altro missionario in luogo del P. Teodoro».

Mechitar ipse querelas contra P. Teodorum propter eius inobedientiam erga ipsum alias factam adiungit.

P. Iacobus in urbem Peterwardein die 26 iunii 1747 advenit cum socio, cum magno gaudio populi armeni, qui epistolam armenicam Benedicto XIV die 20 augusti 1747 scripsit, a Petro Mechitar in linguam latinam versam; ibidem, 664r-665r.

Sicut ex fasciculo eidem volumini adiuncto, 772r-781v, apparet, Petrus Mechitar abbas Theodorum Megyezi ex Congregatione sua expulit.

s) *Petrus Mechitar apud Congregationem de Propaganda Fide se defendit contra accusationes sibi factas in causa duorum testamentorum.*

A. Pr., Armeni, vol. 11, 785r-785v.

Venetiis, die 25 ianuarii 1749

«Letto il reveritissimo foglio dell'Eminenze Vostre compresi tutt'il contenuto in esso. Ora primieramente rispondo che Monsignor Giona nel 1719 mi diede, a fine di mettere in zecca, il capitale di una Messa quotidiana perpetua da celebrarsi

a suo tempo, e in tanto io gli dava il pro del suo danaro sino all'anno 1728 quando da Roma mi scrisse che per ordine della S. Congregazione dovea partire verso Antiochia per predicare l'evangelio alli armeni abitanti nelle ville di quella e che principiassimo a celebrare la sua Messa... Ed ora sono già 20 anni dachè la sua Messa celebriamo fin al giorno d'oggi.

Secondariamente rispondo esser vero che D(on) Giovanni fratello del sudetto Monsignore ci lasciò per testamento... e quello non ascendeva a 2000 ducati, ma solamente... arrivava a 1150 ducati...

Calunnie tali si sono fatte contro di noi da alcuni emuli nostri, dimoranti in queste parti, i quali pensando di rappresentarci come avari e vili, scrissero colà a Tocat ed istigarono il detto giovine Pietro e gli altri, ad infamarci...

Ora l'Eminenze Vostre esaminano come vogliono che se non sussista il testamento del D(on) Giovanni e la scrittura di proprio pugno del Monsignor Giona, e che noi, per noi stessi o per inganno, avremo appropriati li beni d'altri, siamo pronti alla restituzione».

Ex documentis hic consideratis et ex aliis a me visis sive ineditis sive iam typis impressis figura intellectualis et moralis Mechitar mihi magis familiaris facta est. In eo splendebant amor ardentissimus erga Ecclesiam catholicam, obedientia eximia erga Congregationem de Propaganda Fide, etiam in rebus difficultibus demonstrata, apostolatus assiduus studiorum, prudentia rara in rebus agendis et affectus erga suos monachos, quorum disciplinae religiosae erat custos fidelis.

Liceat mihi filio S. Ignatii adiungere, me singulari cum gaudio documenta vidisse, ex quibus amor fraternus inter Congregationem Petri Mechitar et Societatem Iesu elucet. Mechitar coram P. Antonio de Beauvollier¹⁴ S. I. (1657-1708) professionem fidei catholicae Aleppi anno 1695 emisit et ab eo epistolam commendatitiam, etiam a religionis aliorum Ordinum et a iesuita Ioanne Verzeau provinciae Campaniae (in Gallia) subscriptam, accepit et aliam, quae ad Patrem Generalem Societatis Iesu destinata erat. Immo Lebon¹⁵ putat primum missionarium occidentalem, quem mense ianuarii 1692 Mechitar in urbe Erzerum cognoverit, fuisse iesuitam sive P. Iacobum Vilotte provinciae Campaniae sive P. Iacobum Xaverium Portier provinciae Tolosanae (Toulouse). Ex documentis certiores facti sumus¹⁶ Patres iesuitas Cornelium Leau Lugdunensem (Lyon) et Gulielmum Mayr

¹⁴ Cf. LEBON S. I., *Silhouettes des missionnaires du Levant, I, Un grand marcheur devant le Seigneur, Le P. Antoine de Beauvollier* (1657-1708), in *Revue d'histoire des Missions*, XIII (1936), 274. De Beauvollier tamquam fundator Missionis catholicae Erzerum anno 1688 consideratur, ille remansit tamen solum per aliquos menses ibi, rediit iterum postea; bene meritis de anno 1698 in Missiones Chinae; cf. E. LAMALLE S. I., *Beauvollier (Antoine de)*, in *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiast.*, VII, 319-320.

¹⁵ LEBON, in *Revue d'hist. des Missions*, XIII (1936), 275-276.

¹⁶ NURIKHAN, 96-97. Cornelius Leau S. I. Erzerumi die 24 aug. 1699 testatus est Mechitar Vartabet (Doctorem) esse indolis optimae intellectualis et moralis et praedicatorum fer-

Germeniae Superioris cum ipso Mechitar Erzerumi relationes habuisse annis 1699-1700. Notum est P. *Iacobum Cachod* (Caschod), in Helvetia natum, apostolum amantissimum Armenorum Constantinopoli fuisse inter annos 1687 et 1726 et hac occasione amicitiam cum Mechitar¹⁷ fecisse perseverantem etiam, quando Mechitar non commorabatur amplius Constantinopoli, sed Venetiis. Alia testimonia iesuitarum in favorem Petri Mechitar habes edita in libro anonymo *Schiamenti e documenti*: p. 2, testimonium *Ioannis Verzeau* superioris generalis Missionum Societatis Iesu in Syria, datum Constantinopoli die 15 iulii 1697 (etiam apud NURIKHAN, 86); p. 5-6, testimonium *Piperi* graeci, Santorini, die 16 iunii 1704; p. 6, testimonium *Piperi*, Smyrnae die 3 iunii 1705; p. 39, testimonium *Verzeau*, Smyrnae die 29 iulii 1717; p. 88, testimonium *Piperi*, Smyrnae die 23 decembris 1718. Haec testimonia innuisse sufficit ad probandum de nexu intimae amicitiae inter Petrum Mechitar et filios S. Ignatii non posse esse dubium. Doleo quod mihi non est possibile investigare amplius quae relationes fuerint inter Mechitar iam Venetiis commorantem et iesuitas provinciae venetae; spero patres Mechitaristas in insula S. Lazari commorantes de hoc themate ex thesauro domestico et ex archivo reipublicae Italiae Venetiis collocato studia ulteriora facturos esse.

Romae, in Pontificio Instituto Orientalium Studiorum, die 21 nov. 1948.

GEORGIUS HOFMANN S. I.

ventem fidei catholicae apud Armenos. Gulielmus Weber S. I. missionarius Malabarorum occasione itineris venit in urbem Erzerum et hac occasione cognovit Mechitar sacerdotem, cui simul cum aliis duobus religiosis optimum testimonium die 9 martii 1700 dedit.

¹⁷ G. LEBON S. I., *Silhouettes de Missionnaires du Levant, Le P. Jacques Caschod: apôtre du Bagne et des Arméniens* 31 décembre 1687 — 30 août 1726, in *Revue d'histoire des Missions*, XIV (1937), 67.

MÉKHITAR

LE RÉFORMATEUR DU MONACHISME ARMÉNIEN

Le hiéromoine-vartapet Mékhitar n'avait connu dans les cloîtres arméniens de son époque que la décadence monastique. Il constata durant ses voyages dans les centres arméniens que la conception, l'idée, la teneur classique du monachisme arménien des Ve-XIIe siècles, étaient dégénérées: à Etchmiadzin comme dans l'ermitage du Sévan, à Sourp-Nišan comme à Chypre où il avait dû faire un court séjour. L'idiorythmie trop accentuée et le vagabondage avaient corrompu les sains principes monastiques de la pauvreté évangélique, de la stabilité dans le monastère, par conséquent aussi l'amour de l'oraison et des études, bref l'élan de la perfection évangélique.

Plusieurs centres arméniens de spiritualité et de sciences sacrées, célèbres dans l'antiquité, avaient été détruits par les invasions des barbares ou étaient tout à fait morts pour la spiritualité et pour les études¹. Le titre de moine, pendant des siècles titre d'honneur, était devenu synonyme de gens oisifs et vagabonds, de gens inutiles à la société.

Il fallait tout réformer à fond. La connaissance de cette nécessité s'était emparée très tôt de la conscience droite et loyale de ce pieux et jeune hiéromoine, formé sous l'influence de deux vierges pieuses et à l'exemple de deux frères anachorètes. C'est à lui qu'incombaient la tâche et l'honneur de réformer le monachisme arménien. Etudions les détails d'une pareille entreprise.

Art. I. — LES DEMARCHES OFFICIELLES POUR SA REFORME — LES PREMIERS PAS

A Constantinople

Mékhitar, tant qu'il demeura en Arménie, s'est réglé selon la discipline en vigueur dans le pays.

Il était permis à un hiéromoine-vartapet quelconque de grouper autour de lui des disciples, de les instruire et de les préparer, après un certain stage, comme candidats futurs au grade de hiéromoine-vartapet. De plus, il lui était permis de réformer des monastères préexistants ou d'en fonder de nouveaux².

¹ Tels furent les monastères de cénobites de Makénoutz, de Tatoul, de Klatzor, de Hovanavank, de Hałpat, de Narek, de Sanahin, de Kedik, de Datew etc. Cf. G. Amaduni, *Il Monachismo Armeno*, Venise 1941, pp. 102-108.

² AMADUNI, *op. cit.*, pp. 142-158.